555

Salutat vos Socius vester nobis amicissimus Clarissimus vir Dansse de Villoison qui nunc weimaricâ in aulâ commoratur, mox in galliam redibit, paulò post in Græciam profecturus.

Parisiis die 1° augusti 1782

Maria, Antonius, Franciscus Chirot humaniorum litterarum professor in universitate parisiensi, in Collegio Mon cutio.

1v

idem postea cum aliquadam seu vernaculo seu Graeco aut Latino sermone Edidissem, id omne, quidquid erat intra Galliam sedulo coercui. Nunc versiculos de augusto istius, ubi floretis, quod ornatis imperii harede scriptos nisi vobis obtulerim pravus pudor sit non laudabilis verecundia. atque utinam quemadmodum egregius iste princeps gallis hospitibus suis singulari humanitate, miro discendi studio, mira etiam in tali conditione doctrina placuit, ita possim meum vobis opus approbare, ad quos aliquando tot regiarum virtutum fructus pertinebit, quorumque suffragio maxime gloriaer, et timida huic musa tam feliciter istuc peregrinari contingat, quam ipsi nos par illud nobile conjugum hic peregrinari vidimus.

ipso loco ubi aurorae Borealis maestitiam adumbrat Orpheus noster, excidit forte inter expendendum ille versiculus quem hic reponendum censui, etsi abesse posit, integra